



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 155. Tu es Rex Iudæorum? v. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

et, quod curam sufficientem non habuisset provincie sibi commissæ: ideo auditæ accusatione triplici iudiciorum adversus Iesum, ipse Pilatus de prima parte accusationis parum curavit, eo quod gentilis esset, & parum curabat legem Moydis & Iudeorum ceremonias, de secunda similiter non curavit, quia sciebat jam eam simpliciter falsam esse, & examinatione indignam ex certa scientia, quod Iesus alias per suos submissos tentatus acutè satis non prohibuerat dare censum Cæsari, imo iussit: de tertia ergo accusatione solum curavit, eo quod videbatur, vilceraliter tangere honorem Imperatoris Romani; & ideo omissis duabus primis accusationibus, tantum instat & interrogat Christum de tertia, qua penetrata facile alii omnes penetrarentur, quia ubi regni iustitia est affectorio, ibi nulla solet esse abominationis ullius sceleris: quia regnum est maximum apud homines præmium, fecit igitur Pilatus sicut bonus causidicus & iudex, nolens condemnare Iesum, nisi prius auditum & Confessum, qua confessione facta, posset formate sententiam & informare Imperatorem cuius maxime intererat curam habere, ne alius tex elevaretur in Iudea, quæ per Sulpitium Quirinum sive Græce Cyriuum erat in fiscum Cæsari, aote aliquot annos ab Augusto Cæsare redacta, uti narrat Iosephus, Tacitus & Cassius.

Istud considerans, oro te Domine iudex universorum, pro omnibus causidicis, Notariis, Tabellionibus, Procuratoribus, Advocatis, Iudicibus, praetoribus, commissariis, & omnibus qui rem publicam vel communitem aliquam gubernant, vel iudicant, ut des illis iudicari, hunc licet Ethnicum iudicem, Pilatum; ut nunquam ex auditione solius unius partis, vel prejudicio authoritatis eorum qui accusant, non audita parte altera, vel non citata iudicent, sed iustitiam tenaciter obseruent cum magna cautela & prudentia,

§. 155. Tu es Rex Iudeorum? v. 3.

Iam dixi quare Pilatus hoc unum quæsierit, & vide quam clare & aperte querat, & quanta brevitate! poterat dixisse: tune ad diadema regium adspiras in hac provincia obtainendum? & quo titulo? sed omisso loquacitate, quæ prudentes non decer, breviter totam rem ponit; & Christus Dominus majori adhuc brevitatem responderet.

Domine oblecto. si semper brevis, & claris sermonis; quia in multilo-
-quio non deerit peccatum vel judicii deficientis, vel alterius virtutis.

§. 156. At, ille respondens, ait, Tu dicas. v. 3.

De hac loquendi formula dixi ad passionem Domini secundum

P. 2

Mat-